


X-rite ColorChecker® Color Rendition Chart



DOCUMENTOS ¹²²

e instrucciones para intel-
liencia de la lengua G-
riega, compuestos por
el R. P. F. Thomas

Barcelo letor en **A**utor
Theologia, y ca-
the dratico de Rhe-
thorica en la

Uniuersis-
dad de
Docu ma-
llor-
ca.

Oyã los. 28 de Febrero


idgs
R r l

477

477

Handwritten text in a dark ink, possibly a title or list of items, running vertically down the center of the page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the paper.

MS.
477



Ioannes est nomen eius

GRATIO DIVI

9
epus.
Auctor *Thomas Aquinatis*

Reator ineffabilis, qui & thesauris sapientie tue, hies Angelorum hierarchias annotasti, et eas supra Caelum Empyreum mito ordine collocasti, et eleg antissime partes Universis distribuisti. Tu inquam, qui velus fons luminis sapientie diceris, atq; supereminens principium in fundore digneris, super intellectus meitenebras, tua radium claritatis duplicem, in qua natus sum, peccatum scilicet, et ignorantiam.

Cui lingua infantium factus esse discretus, linguam matrem erudias, atq; in labijs meis gratiam tua benedictionis in fundas, da mihi intelligendi acumen, retinendi capacitatem, interpretandi subtilitatem, addiscendi facilitatem, loquendi gratiam, copiosam, ingreuum indituas, proferuum ditigal et egregium compleas. Per Xp̄m. Dñm. Nost. R. Amen

Patet

GRATIA BILIT

Gratia Bilit

Faint, mostly illegible text, possibly a list or account, written in a historical script. The text is arranged in several lines and appears to be a formal document or record.

Gratia Bilit

MODVS VARIAN- DI ORATIO- NEM, — SEV COPIA VERBORVM ◆

Verborum copia Rhetori, seu Oratori qui co-
piose loqui debet, est omnino necessaria. Est au-
tem copia huius modi, facultas variandi multiplici-
ter aliquam sententiam, vel orationem, in et varia-
tis, et mutatis, remaneat idem sensus. Huius modi au-
tem variatio undecim modis fieri potest, scilicet
Constructione, Synonymia, Heterosi, Enallage, E-
qui-
quivalentia, Periphrasi, Methonymia, Metaphora,
Sty peribole, Sty perbaton, et Ad iunctis, qui omnes modi,
in his rebus continentur.

- * Constructio, Synonymij, Heterosij, Enallage, Pollex,
- * Schema, Periphr, Methor, Translatio, Peribola, Iunctij.

CONSTRUC

Primo variatur oratio, variando constructionem. Ut in hoc
eo exemplo: Aqui he venido para aprender Rhetorica:
Huc veni ad discendam Rhetoricam, vel ad discendum
vel discere, vel ut discam Rhetoricam.

Ad hunc

Ad hunc modum reducitur variatio orationis quae fit per Polyptoton, seu variationem casuum, cum, scilicet idem nomen per varios casus declinatur, ut videte ~~est~~ est in hoc exemplo: Sancto Thomae, sue et matris docto entre hujus Doctores: Divus Thomas sapientissimus est doctorum omnium. Divi Thomae sapientia, aliorum scientiam superavit. Divi Thomae nemo in sapientia equalis fuit. Divi Thomae, nullus doctorum sapientia vicit. O Divi Thomae inter doctores reliquos, sapientia tua palma accipis. Nemo Divi Thomae, nullus doctorum sapientior fuit.

Cum autem Euallage, quae efficit quatuor modum variandi, soleat mutare verbum in nomen, ut in hac oratione: Indeo Rhetorica. Studium meum erga Rhetoricam versatur, idcirco etiam tale nomen poterit per casus variari. Hic etiam adnotandum est quod nomen adjectivum potest mutari in suum substantivum. Ut ex hoc nomine Magnus et est, fit Magnitudo, et Dulcis, Dulcedo, et Pulchro, Pulchritudo, et sic de alijs: Unde si in oratione reperiat nomen aliquod adjectivum, primo variabitur, tale nomen per casus, et postea convertetur in suum substantivum, quod similiter per suos casus variari poterit.

SYNONI:

mis

Secundus modus variandi fit per Synonimiam quae est figura, quae plures sententiae, aut dictiones habentes eandem, vel similem significationem, congregantur. Ut Amo, Diligo, Amore persequor, sic etiam: Mundi Opifex, Rerum omnium Conditor, Summus orbis parens, Rector, Moderator, et alia similia significant Deum;

Deum: Unde per hanc figuram potest huius modi oratio variari: Auditores omnes, diuum Thomam venerasti tenetis, sic variabitur, primo ponendo dictiones synonymas huius nominis: Auditores nempe Scholastici Academici, Qui literis vacant, Quod studio dant opera, Qui in aula resonant. Secundo adducendo dictiones synonymas diui Thomae, nempe Angelicam doctorem, doctorem Angelum, doctorem quintum &c. Tertio tandem adduci possunt verba synonyma huius verbi Venero, scilicet: Colo, Reveretor, Reverentiam exhibeo, Honoro et similia.

HE TE

solis

Tertio variari potest oratio per Heterosin quae figurata fit, quando manente eadem parte orationis, mutantur eius accidentia VG. Si in eodem verbo mutantur modus, tempus, vel persona, et in eodem nomine mutantur casus, genus, vel numerus. Accidentia autem, quae per Heterosin mutari possunt in his capitulis continentur.

- * Quae reperit, retinet partes Heterosin eadem;
- * Sed mutata, quod his accidit, illa solet;
- * Personam, numerum, casum genus, atq; figuram;
- * Elevatam, speciem, tempus, itemque modum.

Primo ergo variari potest oratio, mutando personam, VG si dixerem: Magister amat optimos discipulos, pro: Ego amo. Secundo ponendo numerum pro numero, nempe singulariter pro plurali, ut: Romanus vicit, pro: Romani vicunt. Vel e contra pluraliter pro singulari sicut: Nec Cicero, nec Platonem, cum Angelico doctore, sunt conferendi, pro: Nec Cicero, nec Plato &c. Tertio ponendo casum pro casu. Ut: Multa id genus pro: Multa huius generis

generij. Quarto ponendo genij pro genere, nempe
 neutrum pro feminis, vel e contra: Quod tu ipse est
fugio, vel fugio trispindinem. Quinto ponendo mo-
 dum pro modo ut: Quis temperet à lactemij, pro:
Quis temperabit. Sexto ponendo tempus pro tem-
 pore, ut Jam mortuus est pro: Mortuus. Septimo,
 mutando actiam in passivam ut: Ehretica, me
delectat, pro: delectat Ehreticâ. Et in hoc modo
 participij notandus est, quia oratio activa, in pas-
 sivam conversa, fere tot modis variari potest, quot
 activa. Octavo, et ultimo variari possunt primi-
 va, in sua derivata. Ut: Larij dolores, ut meo ven-
tis, pro: dolores Patris et similitur in omnibus
 derivatis fieri potest.

ENAL:

lage

Quarto variari potest oratio per Enallagen, quæ
 figura fit quando una participij ponitur, pro
 alia utra ab eodem principio. Et si hoc nomen
Amor, ponatur loco huius verbi Amo a quo derivat,
 inde per hanc figuram, primo verbum poni potest
 loco nominij, vel e contra ut: Non te pudet, Non est
tibi pudor. Secundo nomen pro adverbio, vel e contra
 ut: Latus tuas literas suscepi, Latanter suscepi. Ter-
 tio nomen mutari potest in Gerundium ut: Cupidus
Studij, vel: Cupidus Studendi. Quarto mutari po-
 test participium in verbum à quo derivatur. Ut:
Audientes attendere debent Magistrum docentem,
 vel: Qui docet. Quinto mutari potest verbum in
 supinum, vel participium ut: Veni ut ludam,
 vel lusuus, vel lusuus. Sexto Nomen mutari po-
 test in pronomen, vel e contra ut: Joannes
rapulabit à Præceptore, vel: Ille.
 Quinto

POLLENS

Quinto variabitur per Equipollentiam. Et autem Equipollentia, aequivalentia duarum orationum, quae eadem diversa habeant dictiones, tamen eundem sensum faciunt, et sic una aequivaleret alteri. Vg. haec duae orationes: Dicitur Thomas omnes vicit sapientia, & dicitur Thomas neminem non vicit sapientia. Et sunt Equipollentes, quia una aequivaleret alteri.

Equipollentia autem pluribus modis fieri potest. Primo si oratio affirmativa sit, fiet Equipollentia, addendo unicam negationem, et mutando attributum in aliud ad contrarium. Vg. haec oratio: Paulus est doctus, sic fiet Equipollens: Paulus non est indoctus. Secundo duplicando negationem. Vg.: Omnes sciunt Deum amandum esse super omnia. Nemo est qui non sciat Deum &c. Tertio si oratio negativa sit fiet Equipollentia, removendo negationem, et mutando attributum in aliud contrarium. Vg.: Seannes non est mortuus. Joannes vivit. Quarto mutando dictionem in aliam contrariam, absque additione vel detrachione negationis, hoc autem solus fit in dictionibus contrarij relationis, dictiones autem relative sunt illae, quae significant res, quarum una nequit esse sine alia. Vt: Pater et filius, dominus, et servus, et sic haec oratio: Jacobus est discipulus Thomae, sic fiet Equipollens: Thomae est Magister Jacobi.

SCHEMA

Schemata latine dicitur figurae, et sic denotat

AAS

quod oratio

Copia

quod oratio recte variari potest ei adiungendo vari-
 as figuras. Vg. haec oratio: Angelicus doctor,
sapientia, et virtute fuit Angelus. Variabitur
 per figuras hoc modo. Primo Interrogatione
 : quis dubitat Angelicum doctorem sapientia, et
virtute Angelum fuisse. Secundo denuntiatione
 : Scitote Angelicum doctorem sapientia et virtute An-
gelus fuisse. Tertio Exclamatione: O Angelice
doctor, virtute, et sapientia Angeli. Quarto
 Correctione: Angelicus doctor sapientia, et vir-
tute Angelus fuit, parum divi, imo et Seraphim.
 Similiter variari potest per alias figuras nempe
 per Subjectionem, Distinctionem, Occupatio-
 nem. &c.

PERIPH

Septimo variatur oratio per Periphrasim
 quae fit quando pluribus verbis explicamus id
 quod unico verbo vel paucioribus dici potest: Ut
Romanae eloquentiae Patres pro Cicerone, et sic
 ad Periphrasim vocantur epitheta, ut: doctorum
Aquila pro divo Augustino: Christi praecursor, pro
Baptista: Quintus Ecclesiae doctor, pro divo
Thoma. Reducuntur etiam ad Periphrasim
 Definitiones rerum; est autem definitio, oratio eo-
 plicans quod sit res. Ut haec oratio: Animal ratio-
nis particeps, est definitio hominis quia explicat
quid sit homo: Unde huiusmodi oratio haec: Sol ortus
est per Periphrasim sic variari potest: Planes
torum Alacimus. Armorem Princeps. Luminare mar-
is. Diei Pater. Noctis fugator, et similia. Sim-
iliter in verbo: Ortus est, si fieri potest Periphras-
is haec modo: Sol veloxem cursum, ad nostrum tra-
ducit

sic definitur

ducit Orizontem, vel: Croceum aurora, ubile re-
liquit, vel: Sydera in Caelo fugant et

MEton

Octavo variari poterit per Metonymiam, quae Latine dicitur Transnominatio, quae fit quando nomen alicuius rei ponitur ad significandam rem aliam cum qua connexionem habet, sic nomen causa, vel Inventorij ponitur ad significandam rem inventam, ut: Bachus pro vino, Cere, pro pane, et e contra, nomen effectus ad significandam causam, et etiam contentum pro continente, et e contra, processorem pro re processa, et tandem signum pro significato Ut: laurea pro triumpho, palma pro victoria, Arma pro bello &c; Unde haec oratio: Julius Cesar bello, et sapientia floruit. Sic per Metonymiam variabitur: Julius Cesar, Marte, et Minerva claudit, vel sic: Julius Cesar armis et literis clatus erit, vel etiam ponendo effectum pro causa: Julius Cesar victor, et doctus inter Philosophos estulit. Nam victorem esse est effectus belli, sicut etiam esse doctum effectus est sapientiae.

TR Anslatum

Nono variabitur oratio per dictiones translatas a propria a significatione ad impropriam quod fit per Metaphoram Ut haec oratio: Qui vult in sapientia proficere; studio valet. Sic variabitur. 1º per Metaphoram iunctam a b agricultura hoc modo: Qui vult sapientiae fructus colligere; agrum ingenij debet diligenter colligere. Secundo sumendo Metaphoram

Copiar.

Metaphoram a navigatione hoc modo: Cui vult ad sapientie portum pervenire; hinc navem prius debet concendere. Similiter sumendo alias Metaphoras, poterit predicta oratio, et quae libet multipliciter variari.

Perbola




Decimo variari poterit oratio per Hyperboleam quae Latine dicitur excessus vel superjectio, et fit augendo rem supra id quod est, vel minuendo infra id quod est. Ad variandam autem orationem tripliciter fieri potest Hyperbolea. Primo per comparationem. Ut in hac oratione: Jacobus magnus Orator, et Poeta est. Fieri potest Hyperbolea per Comparationem in hunc modum: Jacobus, eloquentia Ciceroni, et Dosi Virgini superat. Sic dicimus: Est latrone sapientior, Hercule fortior, Sole pulchrior. Secundo fit Hyperbolea per simplicem demonstrationem, absque comparatione, et sic de Magno Oratore per Hyperboleam dicit: Quod est alter Tullius, et Magno Philosopho: Quod est alter Aristoteles. Tertio fit Hyperbolea per impossibilia, quando scilicet dicimus, quod prius eveniet aliquid impossibile, antequam hoc vel illud contingat. Ut haec oratio: Semper literas diligam, si per Hyperboleam a se impossibilitate variabitur: Prius pisces per montes pascentur, in aqua erunt; quam meo peccato labat amor literarum. Sic etiam de homine ditissimo dicere solemus: Prius arenam maris; quam eius pecuniam numerabimus.

Summa

Undecimo et ultimo variabitur oratio per Adiecta, quae sunt in triplici differentia quaedam antecedentia

Verborum

dentia, quae necessario sem antecedunt sicut: Autosca
diem pueritia, adolecentiam. Alia concomitantia
 quae sem comitant solent, sicut: splendor, solem, Tri-
na infirmitatem. Alia subsequencia, quae ne-
 cessario post ipsam sem sequuntur, sicut: Non
occasum solis, pena, culpam sequitur, et.
 sic hae oratio: Jam aduerseracit. No rati-
abitus per adiuncta antecedentia ha modo:
Jam sol a medio cursu recepit. Per ad-
 iuncta concomitantia: Jam maiores
cadunt altij & montibus umbris.
 Per adiuncta consequentia
 in hunc modum: Coe-
le cito Sy Lta
apparebunt
 anno
 1696.



[Large decorative flourish]
 A. D. 1696. m.

[Small decorative flourish]

Jacobi Reus. Amia
 mifani Padu





Handwritten text in a highly decorative, cursive script, possibly a signature or a title. The letters are large and ornate, with many loops and flourishes.

Handwritten text in a more formal, blocky script, possibly a name or a title. The letters are smaller and more uniform in style compared to the text above.



INSTITVTIO

MES RHETORICAE

INSTITVTE A

R. P. F. THO:

Barrelo LECTO

RE

THEOLOG. ET CHATREDa.

in Vniuersitate Maioricensi.

AD AVDITORes

Praludium

FR Ansaeta Grammatica planitip [Charisi-
 mi & Discipulo] Ad Aluissimum Carnassirestio
 roq aduocat; et Carnassimont clarissimo dialoge-
 tid fulgore coruscans, Alusarum venustate
 decorus, Tisporum varietate iuuecens, ac figura-
 tum floribus iacunde utmans; iter autem quod
 huius montis peruenitur, est ipsa Rhetorica ars,
 cuius tanta est dignitas, atque prestantia, ut om-
 nes alie artes, omnesq; scientie incontem, et inot-
 nate sine Rhetoricas habeant, nec aliqui alij
 disciplinij imbutus, qui in hac ina saltem medi-
 ocriter non sit eruditus, hanc Rhetorica uiam sole-
 ter accipite, eiusq; studio, omni solertia, totisq; uiribus
 aprehendite, ut optatos eiusdem artij fructus consequaraleaty.

valere

libet

CAP. PRIMVM

QVID SIT RHE- TORICA, EIVS OFFICIUM,

ET FINIS ♦

Rhetorica est ars, vel doctrina dicendi, seu
est ars, quae docet dicere, dicere autem non est lo-
qui et cumq[ue], sed ornate, eleganter, et copiose
loqui, ut Quintilianus docet libro 1^o, et Cicero de
Oratore C; & quo videatur Calpurnius in expositi-
one huius verbi dicit. Rhetorica igitur addit
supra Grammaticam orationis oratum, et elegantiam
sicut domui bene constructae super additur
novus splendor, et ornatus per superlectilem.
Uel quid constat, quod proprium munus seu
officium est dicere, sive loqui ornate, eleganter,
copiose, non solum observando & congruam
orationis sententiam, quae ad Grammaticam perti-
net; sed etiam orationem ornando variis tropis,
et figuris. Finis autem ipsius Rhetoricae est per-
suadere, movendo audientium animos, ad hoc
ut sciant, vel faciant illud quod Orator intendit.

CAP. 2^o DE M^a

teria, seu Subiecto Rhetoricae ♦
Materia, seu Subiectum cuiuslibet artis dicitur
totum omne illud de quo tractat talis ars; inde

Sub =

Subiectum, seu materia Rhetorica est omnis res, quia de qualibet re potest haberi Quæstio, circa qua versari potest Rhetorica, excedendo suum proprium munus dicendi. Quæstio autem est duplex una finita, et infinita alia. Infinita quæstio, quæ Græce dicitur Thesij, et Latine Propositum, dicitur illa, in qua quærimus aliquid generaliter, non determinando Subiectum, seu personam, neque aliquam circumstantiam temporis, aut loci in particulari, ut si aliquis quæreret Utum conveniens sit Auditori vacare Audio Rhetoricæ.

Quæstio finita, quæ Græce vocatur Hypotesij, et Latine Causa, fit quando quærimus aliquid, determinando personam in particulari, locum, tempus, vel aliam circumstantiam particularem, ut si aliquis quæreret, an sit conveniens Petum vacare Audio Rhetoricæ. Ex dictis patet quod Quæstio infinita potest fieri finita, si addatur particulari circumstantia personæ temporis aut loci, et similiter Quæstio finita reddi potest infinita, removendo circumstantias supra dictas.

CAP 3^{us} DE RHETORICÆ PARTIBVS ♦

Quingue sunt Rhetoricæ partes, scilicet Inventio, Dispositio, Elocutio, Memoria, et Pronuntiatio. Inventio est excogitatio rerum verarum, aut esse similiarum quæ ad quæstionem conducere possunt. Dispositio est rerum inventarum collocatio iuxta debitum ordinem. Elocutio est orationis exercitio quæ fit per tropos et figuras. Memoria est firma in mente retentio eorum, quæ in oratione sunt dicenda.

Pronuntiatio est gestus corporis, seu vocis moderatio

Libex primus ?

moderatio, proportionata hijs rebus quæ in oratione dicuntur.

Orator enim circa aliquam questionem dicturus, primo cogitare debet ea quæ dicere debet, et possit conducere ad talem questionem, deinde ea, quæ invenit, disponere, et disposita, parte a coordinate, iamq; coordinata, firmiter commendasse memoriæ; ut tandem integram orationem libitè, et exactè pronuntiare possit.

CAP 4^o DE ELOCUTIONE.

Quamvis Elocutio tertia sit inter Rhetoricæ partes supernumeratas, tamen prima, ac præcipua est, tam excellentia; quam utilitate, quæ propter ne temporij angustij inexplicata remaneat illam in primis nobis tradere decuit, et postea si tempus permiserit, reliquas eiusdem Rhetoricæ partes explicabimus, hoc supposito I. Eloquentiæ, seu Elocutionis partes præcipuas habent, nempe Elegantiâ, Compositio, et dignitas, ut aperite docet Cicero libro 4^o ad Antoniam Capite 2. Elegantiâ facit quod unum quodque pure, et aperte dicat; cuius duæ sunt partes, scilicet Latinitas, et coplanatio. Latinitas puritatem orationis conservat, vitando solecismo, et barbarismo. Exploratio autem reddit orationem claram et apertam quod fit suscipiendo verba usitata, et propria, seu rebus à quibus agitatur congruentia, oratio enim redditur obscura si verbis abulætijs et improprijs abundet.

Compositio secunda Elocutionis pars, infra nobis explicabitur; nunc enim præcipue de orationis dignitate

dicendum

dicendum est; quia hæc est præcipua Elocutionis pars. Consiſtit enim dignitas orationis, in eius ornate, seu splendore, eo tropis, et figuris resultante, quia sicut præteritum floribus, Catum sideribus, ita oratio tropis, et figuris ornatur. Sciendum est autem quod tropus est alicuius dictionis vel orationis mutatio, à propria significatione ad impropiam cum virtute quadam seu aptitudine ut quando dicimus: Prespub: floret, Prata vident, hinc florere quod proprium est arboribus transfertur ad significandam Prespub: opulentiam, et videre quod proprium est hominibus, transfertur ad significandam præteritæ amenitatem.

Eo tropis aliqui sunt qui in una dictione fiunt, et alij in pluribus dictionibus seu in oratione. Tropi unius tantum dictionis partem inuertuntur, scilicet Metaphora, Synecdoche, Metonymia, Antonomasia, Onomatopœia, Catnactis, et Metalepsis.

CAP. 5^o DE METAPHORA.

Metaphoras Latine dicuntur Translatio et fit quando aliqua dictio transfertur a loco, in quo propria est, ad alium, cui non est propria, vel translata melior est, ut quando dicimus: Latæ regere, præta videntia, nam latare, et videre quod proprium est hominibus et, per Metaphoram transfertur ad regere, et prata cuius non sunt propria.

Quatuor autem modi fieri potest Metaphora
Primo quando dictio transfertur a rebus animatis ad alij animatas ut: Petrus mihi ablatiua.

Secundo

Secundo a rebus animatis ad inanimatas ut Conatus Caeli
Prata vident. Tertio ab inanimatis ad animatas:
Conatus Caeli. Quarto ab inanimatis ad res ani-
 matas ut: Cor lapi Deum.

Metaphora videtur duplici
 a de causa primo ratione necessitatis, quando
 scilicet deest verbum proprie significans, tunc enim
 necessario sursum verbum translatum, seu im-
 proprie significans, sic dicimus: Vites gemmate
 Secundo videtur Metaphora ornatus gratia, scilicet
 ut ad eorum rationem, quando scilicet ver-
 bum translatum, ~~et~~ improprie significans est
 elegantius vel significantius quam verbum propi-
 um, sic dicimus: Accensus ira, quod significantius
 est quam iratus, lumen ingenij quod est
 elegantius, quam bonitas ingenij. Metaphora
 videtur dissimilitudinis, vel similitudinis longe petitis
 ut si aliquis diceret: Verrucas terre ad eorum
 mendos montes, esset vitiosa Metaphora, quia
 inter Verrucas et montes nulla vel fere nulla
 similitudo reperitur. Modicus huius usus
 multum orationem illustrat, si autem sit nimis
 frequens illam obscuram reddit.

CAP. 5^o DE SYNEC-

doche

Synecdoche latine dicitur Conceptio, seu Intel-
 lectio, et fit quando dictio transfertur ad signifi-
 candum aliquid amplius, præter id quod proprie
 significat, et potest fieri octo modis. Primo quando
 dictio significans partem; ponitur ad significan-
 dum totum ut: Parus pro navi, Tectum pro domo
 Secundo quando dictio significans totum trans-
 fertur

festus ad significandum eius partem et illud Virg.
gilij -

* Xanthusq; bibiscent.

Ubi dictio Pantus, quæ proprie significat quoddam
flumen, ponitur ad significandam aquam, quæ
est pars ipsius fluminis.

Tertio quando ponitur sin-
gulari pro plurali, quale est illud Virgilij Æneid. 2. v. 10.

* Ingentes, utrumq; armato milite complent.

Id est armatij militib; . Et illud psalmi 77. Misit
in eos canonicam et conecit eos, et vanam, et disper-
didit eos. Ubi Canonica et vana ponuntur nu-
mero plurali. Quarto quando plurale ponitur pro
singulari. Et illud Virgilij Æneidos 2. v. 89.

* Consilij et nos aliquod nomenque de curque

* Gessimus, invidia etc.

Id est ego gessi.

Quinto fit Synecdoche quando
ponitur genus pro forma, seu ratio communij pro
particulari, ut illud Ovidij libro 4 Tritium Ælegij.

* Magna minorque fere, quarum regis altera gratia.

Ubi hoc nomen fere quod commune est omnibus
fery ponitur ad significandum Uriam, quæ est
quoddam fere particulari. Sexto e contra quando
scilicet ponitur forma pro genere, seu ratio particu-
lari pro communi, ut quando sumimus Ciceronem
pro eloquentissimo Oratore, Virgiliumque, pro opi-
mo Poeta.

Septimo quando ponitur materia
ad significandam rem, quæ eo alia materia fuit
facta, sic Pino, ponitur pro Navis, Ferum, pro gladio
quia eo pino, fit navis, et gladius e ferro. Octavo
ponunt aliqui quando eo antecedentibus circumst-
antijs intelligitur aliud quod ipsas circumstantias conuenit.

Sic Virg.

Sic Virgilius *Ectoginta* l. v. penultimus.

* Et iam summa procul villarum culmina fumant,
* Maioresque cadunt alij de montibus imbre.

Ex quibus circumstantiis intelligimus, quod dies iam finiebatur, sed tamen hic imbri videtur nullus sit tropus, quia nulla fit mutatio dictionis à significatione utroque, ad impropiam, et sic non est Synecdoche, sed tantum argumentum ab Adjunctis Consequentibus.

CAP. 7^o DE METONI- MIA ♦

Metonymia, quæ etiam Græce dicitur *Hypallage*, Latine autem *Transnominatio*, seu nominis translatio à significatione utroque ad impropiam, pluribus modis fieri potest, qui omnes reducuntur ad septem. Primus est quando nomen causæ ponitur ad significandum effectum, vel nomen inventoris pro re inventa sic: Ceres pro pane, Bacchus pro uino, Mars pro bello, et Venus pro amore. usurpantur ut in illo

Sine Cerere et Baccho friget Venus.

Secundus modus fit e contra quando scilicet effectus ponitur pro causa, vel illud quod est proprium effectus, attribuitur causæ, Sic dicitur Timor est fugas, quia facit fugere, Morbus dicitur pallidus, quia pallorem causat. Sic illud Virgilij *Æneidos*. l. v. 270.
* Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus.

Tertius modus est quando ponitur continens pro re contenta, ut Roma pro illis qui Rome vivunt. Sic illud psalmi *Psalmi*. Subilate Deo omnis terra. Ubi terra ponitur pro habitantibus terre. Quartus modus fit e contra, quando scilicet ponitur contentum pro continente ut illud

Libet utimus
Advertendum est autem quod ut fit

at Anthonomasia, necesse est quod proprium nomen
rei seu personae praetermittatur, quod aliter non esset An-
thonomasia, ut Enea troj Anchisiade, quia hic
ponitur nomen proprium. Circa epitheta etiam ob-
servandum est quod si sint naturalia, seu naturali-
ter convenientia rei, vel personae, non hijs in oratio-
ne soluta utendum est, Ceteris autem libere per-
mittantur, unde vitium erit, in oratione dicere: Ca-
lidum ignem, frigidam nitem, et huiusmodi, plu-
rissima fieri possunt: Illa vero epitheta, quae
Enthomasiis habent, in oratione usurpata possunt,
et illam plurimum evitant, sicut illud quod Cicero
sua mente composuit Philippica secunda in
Mar: Antonium, sic dicit: Tu istis faucibus, istis gla-
diis, ista gladiatoria tonij corporis firmitate,
tantum vini in Hippia nuptijs exhauseras, et
tibi necesse est in Populi Romani conspectu ro-
nare periclitari.

CAP 9^o DE CATACHRE- SI.

Catachresij Latine dicitur abusus, et fit quando a-
licui rei non habenti proprium nomen, accommodatur
nomen alterius rei, cum qua habet quandam propin-
quitatem, seu cognationem, sic hoc nomen Parrici-
da quod proprium est eius qui patrem occidit etiam
accommodatur, ei qui matrem, fratrem, sororem, Con-
quineumque occidit, quia inter omnes istos et inter
Parricium, aliqua cognatio, seu propinquitas reperitur,
sic etiam Virgilius Eneidos lib. secundo. v. 19.

* Indras montis equum divina Palladis arte.

* Aedificant, rectaque intromunt oblite coram.

Ubi Poeta pro fabricae posuit aedificae,
quia

quia inter se aliquam propinquitatem habent.

Differt autem Catachresis a Metaphora, nam Metaphoras a se multum diversa, remque transfert dictionem cum Similitudine. Quid enim remonit quam arbor a Repub? et tamen per Metaphoram dicimus: Respub: ~~est~~ arbor. Transfertendo verbum fluit ab arbore ad Rempub: Catachresis autem, transfert dictionem a se proximo ad aliam propinquam ut: Parricida sumitur pro occiso: et matris, quae patri est proxima.

Metalepsij locutione transumptio, fit quando ab uno ad aliud vis praedit, et alterius rei significationem denotat cum qua connectionem habet. Sic Virgilius Eclogas prima: v. 70.

* Post aliquot (mea regna) vides mirabor aristas?

Vbi Poeta post aliquot aristas, posuit ad significandum aliquot annos, quia arista cum connectionem habeat cum aetate, nobis iam potestant et dicitur intelligamus, et similiter dicitur de aetate respectu anni: Unde in hoc tropo fit quaedam

gradatio transeundo ab uno ad aliam rem ut patet in exemplo adducto et clarius in sequenti, quod Ovidius composuit libro quinto Tristium Elegia 10: v. 1.

Vbi ad significandum quod iam post tres annos incolat erat Pontum, sic tale distichum composuit.

* Ut sumus in Porto, tet frigore conditit Ilex

* Facta est, Euvini dusa tet vnda maris
Onomastopoeia id est fictio vocis fit quando verborum dictiones, verba fingimus ad aliquid copulamus significandum, tale est illud Ennii quod ex Virgilius usurpavit.

* At tuba terribili sonitu taratantara dicit.

Vbi dicitur: Taratantara ficta est ad tubae sonitum

Libet proximum
sonitum optinendum. Quatuor autem modi
possunt verba noscitur fingi apud Latinos. Primo
Similitudine. Secundo Imitatione. Tertio Inflectione.
Quarto tandem adiacione.

Similitudine finguntur
vera verba, quando ad similitudinem unius
verbi aliud fingimus, ut quando ad similitudinem
huius verbi specio, quod significat gracorum
imitari fingimus ita alios: Balearizo, Hispanizo,
Ciceronizo, et alia: Et huius modi verba,
quae per similitudinem finguntur sunt in
quadruplici genere, quaedam enim in visio ter-
minantur, et desiderium animi significant
ut: Comestusio, Sibitusio, Comitatio, et alia
huius modi. Alia sunt, quae in o terminantur
et imitationem alterius significant ut: Ringili-
o, Galligo, et alia. Ab huius modi verbis desinen-
tibus in o ablata o, et addita syllaba mus,
formantur nomina, quae significant ipsam imita-
tionem alterius ut a Ciceronizo fit Ciceronismus id est
est Ciceronis imitatio et sic de aliis.

Alia sunt ver-
ba desinentia in o quae significant incho-
ationem seu principium alicuius dictionis ut
Incipio, frigesco, calesco et similia. Ultimo tan-
dem sunt alia verba deponentia prima
coniugationis, quae tertiam personam singula-
rem praesentis temporis, modi Indicativi habent
terminatum in at, et huius modi verba sig-
nificant occupationem, coactionem, seu iudicium
circa aliquam rem, ut: Petitur grammaticatur,
Pauidus relo Rhetoricatur, id est Petitur gram-
matica indret; Pauidus relo Rhetorice, sic enim
dicimus: Pudicatur, Philosophatur et similia
Secundo

Secundo finguntur per imitationem quando scilicet
et dictio quam fingimus imitatur sonum rei signi-
ficatæ, sicut dictio *tatatantata*, imitatur sonum
subæ, quem significat, et hoc est maxime pro-
prium Onomatopæiæ, sic etiam dicimus: *Pipire*
pro voce pullorum, *ggnnize* pro voce sacrum,
belare pro voce ~~aurium~~ aurium &c.

Tertio fingun-
tur, seu norantur verba per inflectionem quan-
do scilicet ab una dictione alia deducimus,
addendo novas inflectiones, seu terminationes, ut:
a *bibo*, *bibamus*, et *bibulam* ab *oreo* *oreatur*. Quarto
tandem finguntur verba per adiacentiam quo
scilicet ex duabus dictionibus adiacentibus compo-
nitur alia ut *Causidici* ex dictione *causa*,
et ex verbo *dico* componitur, *Versatilogus* ex no-
mine *versatus* et ex verbo *loquitur*. Advertendum
est autem quod in oratione saltem raro viden-
tibus verbis fictis, seu noviter inventis et non
quando iidem videntur modestè et cum aliqua
ex orationis formula faciendum est ut sifos est
scilicet dici, vel Erasmus lutherizat, vel lutheri-
zans eragmizat.

CAP. 10.^o DE TROPIS QUI FI- UNT IN V^{pl} V^{pl}IB, DITIONIB⁹

Si utique tractarimus de Tropis qui fi-
unt in una sola dictione, nunc autem restat
ut tractemus de alijs qui fiunt in pluribus
dictionibus coniunctis, seu in oratione, qui qui-
dem Tropi tantum sunt quinque scilicet Allego-
ria, Ironia, Periphrasis, Hysteron, et
atque Hysteron

Allegorias

Libri primus:

Allegoria latine dicitur inversio quia totam orationem inverteit, transferendo illam a propria significatione ad impropiam, per quod distinguitur a Metaphora, quae solum transfert inam dictionem et quando dicimus: Mare rugit. Allegoria autem non solum transfert inam dictionem, sed totam, et integram orationem, ut illud Horatii, lib.

od. 12. v. 1.

- * Onarij, referent in mare te novi
- * Fluctus. O quid agis? fortiter occupa
- * Portum, nonne vides, et
- * Nudum remigio latas?

Ibi enim integra oratio transfertur a propria significatione ad impropiam, quia Narij ponitur pro Republica, Fluctus pro bellis Civilibus, Portus pro Caese, Remigio pro exercitu.

Si autem Allegoria, nimis obscuravit, et difficili intellectu, tunc dicitur Enigma, quale est illud carmen

* Mater me genuit, quae rursus gignitur ex me. Per quod significatur nix, quae gignitur ex aqua, et ex ipsa nive rursus generatur aqua. Ad Allegoriam pertinet etiam Carabola, quae multum frequens est in Sacra Scriptura, qualis est illa de decem Virginibus, quae coeunt obviam Sponsi Matthaei 25. Vbi per decem Virgines, intelliguntur omnes fideles, quinque prudenter, significant iustos, et quinque stupidae, peccatores designant, Sponsus denotat Christum, et Sponsa Ecclesiam.

Sub Allegoria etiam continentur proverbia, quae latine dicitur proverbium, et est celeberrima aliqua sententia, quae allegorie significat aliquid ad bonos mores pertinens, quale est illud carmen

* Et domus ex furore durabit tempore curio.

Per quod significatur quod bona seu divitia, quae per furam

factum acquiruntur, parum dicitur. Et illud Threshi
Domini: Medice cura te ipsum, quod allegoricè dicitur
 de homine volente corrigere alios de aliquo vicio, quo ipse
 laborat, et huiusmodi paremij's maxime corroboratur oratio,
 et jisdem plerumque illustratur Coesij.

Hyponias latine
 dicitur illusio, et fit quando verbis aliquid dicimus, et omnino
 contrarium intendimus significare, ut quando de aliquo di-
 cimus quod est bonus auditor, vel Grammaticus, et signifi-
 care volumus quod est malus auditor, vel Grammaticus.
 Et triplici autem capite cognosci potest Hyponia. Primo
 cognoscitur ex ipso sono pronuntiationis, seu ex mo-
 do, quo verba pronuntiamus, et quando dicimus: Certe
Antonius magnus Rhetoricus, et Poeta est. Hæc enim
verba, modo illustriè pronuntiatà Hyponiam continent, sive
re aliter pronuntientur, nulla erit Hyponia.

Secundo cognos-

citur ex ipsa persona de qua loquimur, quando scilicet
 illas dicimus, aliquid, cuius contrarium manifeste illi con-
 venit, ut quando Ethiopem vocamus album, Mulierem
deformem dicimus pulchram, et hominem pusillum
nominamus Gigantem, et e contra. Tertio tandem cognos-
 citur Hyponias ex ipsa rei natura, et hoc contingit,
 quando verbis præcedentibus, aliquid contrarium adjungi-
 mus et quando dicimus: Fortissimus miles est Antonius,
qui, audito tubæ sonitu, et timore perterritus fugit è
prelio.

Circumlocutio latine Circumlocutio fit quando
 pluribus verbis utimur, ad significandum id quod inico
 verbo, vel paucioribus dici poterat; duplici autem ex
 causa fieri potest Circumlocutio. Primo ad evitandam
 locutionis turpitudinem, sic dicimus: exonerare alium
purigare ventrem, ad evitandam turpitudinem huius
 vocis cacate. Similiter Hispanicè dicimus: Animal

Q

serda ad eritandam turpitudinem huius vici: puerco se-
cundo fit Periphrasij ad maiorem orationis ornatum,
quod quidem vnitatissimum est, tam orationibus quam Poet-
is. Sic illud Virgij libro 1.° Troium Elegia 3.° Quiribusq
ubi ad significandum quod iam erat tempus medicis noc-
is dicit.

* Jamque quiescebant voces hominumque, canumque;

* Lunaque nocturnis alta regebat equos.

Hyperbole latine dicitur accessus vel superjec-
tio, et fit quando augemus, vel minuimus rem, receden-
do ab ipsa veritate, et ideo duae sunt species Hyper-
bolis, una dicitur auersis, quae scilicet auget rem su-
pra id quod est. Sic Virgilius Eneidos 12. V. 84. lo-
quens de quibusdam equis dicit

* Haec ubi dicta dedit, rapidusque in tecta recessit,

* Poscit equus: gaudetque tuens ante ora frementes,

* Et lumina quos ipsa decus dedit Orithyia,

* Qui candore nives antecurrent cursibus autas.

Sic per auersionem dicimus: Tolluntur ad aethera fluctus
lambebant sidera flamma, et alia huiusmodi.

Altera

species dicitur Missis, seu diminutio, quia minuit rem, in-
tra id quod re vera est, sic illud Plauti: Ossa, atque pet-
lysum mixta maxitudine. Sic de paruo homine di-
cimus quod non est pulice maior, verum tamen in augendo, quod
in minuendo, modus quidem seruari debet, quia quamuis

Hyperbole sit supra veritatem, tamen debet supra modum.

Hic Hyper frequentissimus non solum apud Poetas, ve-
rum etiam apud Oratores, Unde Cicero in Maximo
Antonio Philippica secunda per auersionem dicit: Oce-
anus medicus fidius no videbit tot res tam dissipa-
tas, tam distantibus locis positas, tam cito absolue-
re posuisse.

Hyperbaton vel Hyperbolis latine
dicitur

dicitur transgressio, vel transpositio, quia dictiones transpo-
nit contra communem orationis ordinem. Huius tropi, quas
habet numerantur species, scilicet Anastrophe, Chiasmus,
Tmesis, et Hyperbaton. Anastrophe latine invertio, quia
a partibus orationis invertit, ponendo primo loco illam, que
in secundo collocari debet. Sic illud Ciceronis pro
de Manilia: Quo d' nunc agimus, id est: de quo
nunc agimus. Similiter dicimus: Italiam contra, id
est contra Italiam, quibus diebus, id est diebus
rebus, et alia huiusmodi, que plurimum oratio-
nem adornant.

Chiasmus latine dicitur distolutio,
quia dissolvit seu iungit orationis sensum, interponendo
aliquam aliam sententiam, que vulgo dicitur Paren-
thesis. Sic illud Virgilii Aeneidos libro. 1. v. 1014. ante finem.
* Aeneas [neque enim patrum considerate mentem.

* Supra amor] lapideum ad naves premitit Achatem.

Tmesis latine disiunctio, quia unam dictionem dijun-
git in duas, interponendo aliquid aliud, et hoc pro-
cipue fit in dictionibus compositis. Sic Virgilius Aene-
idos v. 52. dictionem hactenus divisit in duas
dicens.

* Hac Troiana tenuis fuerit fortuna reclusa.

Et alibi: Septem subiecta ratione, id est: subiecta
septem rationi.

Tmesis olim fiebat in dictionibus etiam simplicibus,
unde Plautus dicit: Sano cere minuit brum, id est
Sano minuit cerebrum. Veruntamen hoc iam non est
in usu, sed in dictionibus compositis, non solum in
versu, verum etiam in oratione postremus horatius:
pro sti, et fecit Cicero pro Sextio: Quid iudici-
um cumque subiecit damnabatur, id est: Quod
cumque iudicium subiecit damnabatur.

Hyperbaton

Libez primus.

Hydrologia, latine *praepotera* locutio, fit quando ultimo dicimus, illud quod primo factum fuit, et e contra. Sic illud Virgij, *Æneido*. 3. V. 57. *non-terminem* dicit.

* Postquam alio tetigit fluctus, et ad aquora venit,
* Luminij effusi fluidum hauri inde cœsum.
Etia est enim venire ad aquora, quam tangere fluctus, et tamen Poeta, hoc primo loco posuit, et illud quod prius erat, ultimo dicit.

CAP. II. QUID SIT FIGURA.

Figura grece dicitur *Schema*, et latine *Ornatus* seu *vestitus*, quia orationem vestit, et ornatur, unde figura nihil aliud est quam *Confirmatio* seu *exhortatio* quaedam orationij: Remota est enim a comuni modo loquendi, quamvis autem *Figura*, et *Tropus* conveniunt in hoc quod est ornare orationem, differunt autem. Primo quia *tropus* fieri potest in una sola dictione, *Figura* autem minime. Secundo quia *tropus* fieri non potest, quin detur *translatio* a propria significatione ad *impropiam*, *Figura* autem absque tali translatione fit.

Dupleo autem est *Figurarum* genus, quaedam enim sunt *figuræ verborum*, et alie *sententiarum*. *Figuræ verborum* dicuntur ille, que consistunt in determinata colloca-
tione verborum, qua ablati, auferuntur *figuræ*. Quatuor autem modi fieri possunt *figuræ verborum* primo per *additionem*, secundo per *detraktionem*, tertio per *similitudinem*, quare tandem per *dissimilitudinem*. De *figuris sententiarum* infra tractabimus nunc

mus, nunc autem de figuris verborum, suo ordine
dicendum est et ita sit.

CAP. 12^o DE FIGURIS

REPETITIO

Repetitio una est eo figuris, quae per adiectio-
nem fiunt, et contingit quando idem verbum in princ-
ipio orationis pluries repetitur. Sic illud Ciceronis
in Marcum Antonium Philippica secunda: Secun-
da Senatum: Accusa equestrem ordinem, qui tum cum
Senatu copulatus fuit: Accusa omnes ordines, omnes
Cives, dum confiteate hunc ordinem hoc ipso tempo-
re ab Ithyreij circumcederi. Et illud psalmi 28. Deo
Domini in virtute, Deo Domini in magnificentia,
Deo Domini confitentibus recte, Deo Domini super
aquas.

Si vero idem verbum, seu eadem dictio, plu-
ries repetatur in fine orationis, tunc comitatur alia figu-
ra quae dicitur Conversio. Sic illud Ciceronis in Mar-
chum Antonium Philippica secunda: Volentibus eius
exercitus Populi Romani interfectis: Interfecit Antonius
Desideratis clarissimos Cives: eos quoque eripuit ab eis
Antonius. Auctoritas huius ordinis afflictata est: Afflicta
Antonius. Similiter etiam Apudolus prima ad Thimo-
thium Cap: 4: Unusquisque vestrum psalmum ha-
bet, doctrinam habet, Apocryphum habet, linguam
habet, Interpretationem habet.

Complexio figurata
est, quae simul complectitur duas praecedentes, sci-
licet Conversionem, et repetitionem, quod quidem
contingit, quando una dictio pluries repetitur in
principio orationis, et alia in fine, ut videtur est
in hoc

in hoc exemplo Ciceronis pro lege Agraria:
Quis legem tulit? Bullus. Quis maiorem Populipar-
tem suffragij praeferat? Bullus. Quis comitijs
praesuit? Bullus. Et in illo psalms: Confitemi-
ni Domino quoniam bonus, quoniam in aeternum mi-
sericordia eius. Confitemini Deo Deorum quoniam
in aeternum misericordia eius. Confitemini Domino
dominum, quoniam in aeternum misericordia
eius.

Anadiplosis figurata est, quae latine dici-
 citur geminatio dictionis, et fit quando sententia
 aliqua finitur eadem dictione qua incipit senten-
 tia sequens ut illud Virgilij Ecloga 10. v. 77.

* Pisces, vos haec facietis maxima Gallo:

* Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.

Et etiam illud psalmi 122. Stantes erant pedes
nostri in aedibus tuis Ierusalem; Ierusalem quae
aedificatur ut Civitas.

Epanalepsis latine ter-
 petitio sententiae, fit quando sententia aliqua,
 incipit, et finitur eadem dictione, quae figura fieri-
 quentissima est apud Poetas, ut illud Virgilij Eclo-
 ga 7. v. 77

* Ambo florentes aetatibus, Arcades ambo.

Et ipse Aeneidj l. v. 789

* Multa super Priamo rogitaris, super Hectore multa
Ovidius etiam

* Militat omnis amor, et habet sua castra Cupido,

* Attice crede mihi, militat omnis amor.

Oratoribus etiam familiaris est haec figura, ut videre est
 in illo Ciceronis pro Marco Marcello: Vidimus tuam
victoriam praeliorum evicta terminatam, stadium
vagina vacuum in urbe non vidimus. Sic etiam illud

psalmi

psalmi 82. v. 1. Deus quij similis erit tibi? Ne taceas, neque contempseris Deum.

Epipiteuzij latine geminatio, figura est quae geminat dictionem aliquam nihil aliud in respondendo, quod quidem tam in Prosi quod in oratione veritissimum est. sic Virgilij Eneidos

9. v. 434

* Me me: adsum qui feci: in me convertite ferrum.

Et Horatij

* O Cives Cives quaerenda pecunia primum est.

In Sacra Scriptura etiam frequens est Epipiteuzij, ut videre est in illo Matthaei 23.: Jerusalem Jerusalem, quae occidis Prophetas, et Lapidas eos. et in illo psalmi 121. v. 4.: Istuc enim ascendentur tibus tibus Domini.

Polyptoton latine traductio, seu variatio, figurata est, quae eandem dictionem repetit, sed variatam per diversos casus, vel diversa genera, exemplum & casuum variationis habetur in illo Virgilij Eneidos libro 4. v. 534.

* Litora litoribus contorta, fluctibus undas

* Imprecor, arma aemij: pugnent ipsis; nepotes.

Illustris est etiam exemplum illud, in quo hoc nomen vanitas per omnes casus variatur: Cum Vanitatis, sit Vanitatis filia, et Vanitati, Vanitatem procreet, O Vanitas, quid Vanitate varius?

De variatione frequens est etiam exemplum apud Oratores ut illud Ciceronij Oratione 7. in Verrem: Certus Judeo, Certa leo, Certum tribunal. Tale est etiam illud ad Ephesios 4.: Unus Deus, Una fides, Unum baptisma.

Epanados latine regressio, figura est, quae regressitur, seu retrogreditur, repetendo eam quae

Libri primus

quae prius dicta erant, ut ratio clarior et illustrior
appareat. Sic Ovidius Epistola 2.

* Demophoon venis, et vela, et verba dediti,
* Vela quae dediti, verba caetera fide.

Sic etiam ad Romanos 11: Vide ergo bonitatem, et ver-
veritatem Dei: in eo quidem qui ceciderunt, se veri-
tatem; in te autem bonitatem Dei.

Synonimia, quae late
tine dicitur similitudo nominis, vel dictionis, figurata est
quae dictiones similes, vel similem significationem
habentes multiplicat, ut illud Ciceronis Oratione pri-
ma in Catilinam: Qua cum ita sint, Catilina, per-
ge quo cepisti: egredere aliquando eo verbe: patent
portae, proficere. Similiter etiam per abstrac-
tionem: Pecavimus cum patribus nostris, iniuste et in-
iquitatem fecimus.

Polyandron latine plurali-
tas coniunctionum figurata est, quae coniunctiones multi-
plicat, quae quidem apud Poetas usitatissima est, ut
videre est apud Virgilium Georgicorum 3. v. 340.

* Armaque, Annyctaque, ungues, crepantque pharetrae.

~~Oratoribus~~ Oratoribus etiam frequens est huiusmodi fi-
gura. Sic Cicero in Verrem: Neque privati, ne-
que publici, neque prophani. Similiter psalmo 40.
v. 1: Dominus conservet eum, et vivificet eum, et be-
atam faciat eum, et non tradat eum in manus
inimicorum eius.

Epimenon, quae latine dicitur
perseverantia, figurata est quae fit quando in eadem
sententia perseveramus pluries, eam iterando, vel
repetendo, ut fecit Virgilius Ecloga 8. v. 21. Vbi
pluries hanc sententiam, istudque caermen repe-
tit hoc modo.

* Incipe Manalio mecum mea tibia versum.
psal.

Psalmograuus etiam psalms. 100. multoties iterat
sententiam istam: Confiteantur Domino misericordis:
did eius, et mirabilia eius filijs hominum. Ad
huiusmodi autem figuram requiritur quod senten-
tia non repetatur statim, sed post aliqua alia in-
terposita, ut videre est in exemplis supra ad-
ductis.

Disiunctio figura est, quae singulis
orationis membris, seu partibus proprium uerbum
accomodat, cum uicium uerbum sufficeret pro om-
nibus. Exemplum desumi potest ex illo Ciceronis
pro Archia Poeta: Homozum Colophonij Ci-
uem esse dicunt suum, Chij suum uindicant, Sa-
lamini repetunt, Smyrnaei uero suum esse confit-
mant. Ubi plura uerba apponit, et omnia uni-
co uerbo dici poterant. Sic etiam Apostolus 1. 2.
ad Corinthios. 13. hac figura usus est dum
dicit: Sive Prophetiae euacuabuntur, sive fin-
is quae cessabunt, sive scientia detrahetur.

Climac
latine dicitur gradatio, seu scala figura est quae plu-
res sententias unico uerbo coniungit, concatenando eas,
et quasi gradatim, ab una, ad aliam procedendo. Sic dicit
Gilij Ecloga. 2. v. 63.

usu apud Poetas et Oratores, sic Propertius libro 2.^o Elegia 28.^o

* Libertas quoniam nulli iam restat amanti,

* Libet nullus est, siquis amare velit.

Sic etiam Cicero in Verrem: Namque Astrologus, qui non
tam rationem Celi, quam Caeli argentum duceret.

Castus
distributio, est quatuor locis argumentorum, et sit quan-
do totum distribuitur in suas partes, vel quando ratio
aliqua communis, dividitur in suas species, et quando
dicimus: Animal aliud est rationale, et aliud irrati-
nale. Potest autem distributio partium ad duo nu-
mera ex utroque. Primo scilicet ad unum orationis,

Liber secundus.

et tunc non est ~~fit~~ necesse quod omnes enumerentur partes. Secundo deum est, tamquam argumentum ad aliquid probandum et in hoc casu, omnes partes necessario numerari debent, quia aliter argumentum nihil valeret, ut patet in isto: Omne animal, vel est bipes, vel quadrupes, serpens autem non est bipes; ergo est quadrupes. quod quidem argumentum nihil probat, quia non enumerat omnes species animalium.

Hoc loco

sæpe videntur Oratores et Poetae, sic M. T. C. Philippica secunda loquens de interfectores Cæsaris, inquam Naturæ, quod homicidæ dicendi essent, vel liberatores Reipubl: postea sic concludit: Non igitur homicidæ, requiruntur, aut liberatores, tuo iudicio sint, quandoquidem tertium nihil potest esse. Sic etiam Martialis libro primo Epigrammate secunda contra Eliam verulam.

- * Si memini, fuerant tibi quatuor ~~Alia~~ dentes
- * Expuit una duo, rursi, et una duo.
- * Jam recusa potes totis viginti diebus;
- * Nil istic quod agat tertia rursi habet.

CAP 4^{us} DE GE- NERE,

Genus apud Dialecticos, dicitur sumitur pro illa ratione comuni, quæ convenit pluribus diversis naturæ, et speciebus, qualis est ratio animalis respectu hominis et bruti. Attamen apud Oratores et Rhetores Genus dicitur omnis ratio communis pluribus, sive sint eiusdem naturæ, sive diversæ, et sic quilibet ratio communis dicitur Genus et ratio particularis, contempta, ab ratione communi dicitur eius forma: Unde homo est Genus respectu Peri, et Pau:

et Pauli, et Cerui, et Paulus, sunt forma respectu hominij, quia sub ratione hominij continentur.

huius loci prebet argumentum ad laudandum, et vituperandum; si enim genus, vel ratio comunij, laudabile est, etiam eius forma vel ratio particularij, erit laude digna. Virtus est genus respectu fortitudinij, et temperantia, et ideo quia de virtute affirmatur quod est bona, etiam de fortitudine, et temperantia, affirmare debemus quod bona sunt. Et e contra vitium est genus, respectu avaritiae et ebrietatij, et ideo quia de vitio dicitur quod malum est, idem similiter verificatur de ebrietate, et avaritia.

Potest etiam desumi argumentum a negatione generij ad negationem cuiuslibet formae sub ipso genere contemptae. Non est animal; ergo non est homo neque leo. Non est arbor; ergo non est laurus, neque Platanus. Ioannes non habet virtutem; ergo neque habet iustitiam neque temperantiam. Attamen a negatione unius formae, non valet argumentum, ad negationem generij, unde non valet: Non est homo; ergo neque animal. Si vero negantur omnes formae, tunc optimum erit argumentum ad negationem generij quale est istud: Non homo, neque brutum; ergo non est animal.

Valeret etiam argumentum ab affirmatione cuiuslibet formae ad affirmationem generij ipsius, ut patet in hijs exemplij: Est rosa; ergo est flos. Est leo; ergo est animal. Est prudentia ergo virtus. Attamen ab affirmatione generij ad affirmationem formae sub illo contemptae non valet argumentum, ut patet in hijs exemplij sequentibus: Est flos; ergo rosa.

Rosa. Est rosea; ego mulus. est vitulus; ego iustus.
lio. Ad imitationem horum argumentorum alia
 similiter eligere potest quorumque genere, et forma.
 Et enim huiusmodi loci frequentissimus tam
 apud Poetas quam Oratores.

Et huiusmodi loci
 sumitur in illius argumenti, quo Diuus Paulus op-
 tendit, se non esse inferiorem alii Apollonio. Secunde
 ad Corinthios Cap. 11.º dicit: Hebrei sunt, et ego Tri-
taelites sunt, et ego, Semen Abrahæ sunt, et ego, Mi-
nistri Christi sunt, et ego. Ibi: Hebrei, Israelites, se-
men Abrahæ, et Ministri Christi, ponuntur loci gene-
 rij et ego tamquam forma.

CAPITULUM DE SIMILITUDINE.

Similitudo est proportio quadam, seu conventio
 inter res diverse agentia seu naturæ per
 quod distinguitur ab exemplo, quod est inter res eiu-
 dem naturæ: Unde quando comparamus hominem,
 cum Virgilio, vel cum Cicerone, tunc est exemplum;
 si vero hominem assimilamus leoni, tunc est simili-
 tudo, quia versatur inter res diverse naturæ,
 et agentia.

Potest autem Similitudo dupliciter
 usurpari, prout quidem idem ad ornatum et non
 ad aliquid probandum, et in hoc valde frequens
 est apud Poetas, et Oratores sic illud Virgilio,
Ecl. 1.º v. 17

* Formosus puer, nimium ne crede color:

* Alba lingua cadunt, vacinia nigra legunt.

Elegantior est illa si a id Capite quarto:

Omnia

Omnijs caro phanum, et omnijs gloria eius, quasi flos agri, et siccatum est phanum, et cecidit flos: verbum autem Domini dei nostri manet in aeternum.

Secun-

do suscipitur similitudo tanquam argumentum, quae non prima graece vocatur prothesis, latine propositio, cui praeponi solet aliqua ex his particulis: Et, sicut, quae admodum, vel alia copulativae similibus. Secunda pars graece dicitur Apodosis, latine conclusio, cui praepositiva aliqua ex his particulis: Pro, sic, Taliter, Non aliter, vel aliqua alia similia, et videre est in illo Ecclesiastici 9.
: Sicut sagitta infixa, famelicus iros, verbum in corde mulieris. Sic etiam Ovidij libro 1. Tristium Elegi =

* Sic licet, et futurum spectatur in lignibus arborum,

* Tempore sic duxo est impicienda fides.

Aliquando in argumento similitudinis praetermittuntur illae particulae, quae sunt nota propositionis, et conclusionis, ut videre est in hoc exemplo.

* Verba ligant homines, taurorum cornua funes. Quae facit hunc sensum: sic verba ligant homines, sicut boum cornua funes. sed illae particulae: sic, et sicut praetermissae sunt ratione metris.

CAP 6^{us} DE DIS

SIMILITVDINE

Disimilitudo contraria similitudini, est improprio, seu inconvenientia inter aliqua quae sunt diversa naturae, et essentiae. Ut inter hominem, et leonem, et videre est in hoc exemplo: leo inter bruta ferocissimus, homi prostrato, et veniam petenti parcat; Homo vero inimico suo par-

cere

cece non vult.

Argumentum de similitudine a
disimilitudine frequens est apud Poetas et Orato-
res. Sic Catullus ad Lesbiam.

- * Soley occidere, et zedire possunt
- * Nobis, cum semel occidit brevis lux
- * Non est perpetua una dormienda.

Sic etiam illud Psalms 1^o: Cognovit hoc populum suum
suum, et avinus precepte Domini sui; Israel autem
me non cognovit, et Populus meus non intellexit.

CAP 7^o DE CO- TRARIIS.

Contrariarum sunt in quadripartiti genere, nem-
pe Adversa, Relata, Privantia, et Contra dicentia.
Adversa sunt illa, quae sub eodem genere conti-
nentur, sed inter se adversantur Vg: Homo, et bru-
tum, album et nigrum, dulce et amarum. Relata
sunt illa quorum unum referatur ad aliud, et unum
nequit esse sine alio Vg: Pater et filius, Magis-
ter, et discipulus, Dominus et servus. Privantia

sunt illa, quorum unum dicit privationem alterius.
Vg: visus et caecitas, vitas et mors, sanitas et in-
firmis. Privatio autem est carentia alicuius
perfectionis in subiecto capaci talis perfectionis,
vel potente habere talem perfectionem, et
sic carentia visus in homine est privatio
quia homo est corpus visus, sed carentia
visus in lapide non est privatio sed ne-
gatio, quia lapis non potest habere visum. Contra
dicentia dicuntur affirmatio, et negatio circa
eandem

De Inventione ?

eandem rem. 3G: Publii Clodii interfecit Milionem, Publii Clodii non interfecit Milionem.

Contraria adversa sunt in duplici differentia, quoddam sunt, inter quos dantur alia inter media 3G Album et nigrum dulce et amarum quia inter albedinem et nigredinem reperitur alij inter medij colores, sicut etiam inter dulcedinem, et amaritudinem inveniuntur alij intermedij saporis. Alia sunt adversa, inter quos nullum datur medium 3G: Sanitas et infirmitas, Sapientia, et Stultitia, quia inter sanitatem, et infirmitatem nihil mediat, necesse est inter Stultitiam, et sapientiam.

Si adversa sunt primo modo possunt ab alij formari haec argumenta. Primo ab affirmatione unius adversi ad negationem alterius est validum argumentum ut patet in istis: Est album; ergo non est nigrum, et dulce; ergo non amarum. A negatione vero unius adversi, ad affirmationem alterius non valet argumentum, ut in exemplis sequentibus patet: Non est album; ergo est nigrum, Non est amarum; ergo dulce.

Si vero con-

traria adversa non habeant inter se medium, tunc ab affirmatione unius ad negationem alterius valet argumentum, et etiam e contra ut patet in sequentibus exemplis: Non est album Est infirmus; ergo non est sanus, Non est stultus; ergo Est sapiens.

Inter Contraria relata fieri potest argumentum ab affirmatione unius ad affirmationem alterius et e contra, ut videtur est in his exemplis: Petrus est filius Joannis; ergo Joannes est pater Petri: Jacobus non est discipulus Matthaei; ergo Matthaeus non est Magister Jacobus. Sic etiam

Sic etiam illud Ciceronis pro Marco Marcello: Ille
quidem fructum omni anteacta vita hodierno die
maximum cepit, cum summo consensu Senatuf,
tum praeterea iudicio tuo gratissimo, et maximo, eo
quo profecto intelligis, quanta in dato beneficio vit
laui, cum in accepto tanta sit gloria. Nam datum,
et acceptum sunt Relata.

In contrariis, praecon-
 tribus, et Contra dicentibus sumitur argumentum ab
 affirmatione unius ad negationem alterius et e contra
 De Privationibus exemplum est apud Marcialem
 libro 9. Epigrammate 72.

* Tempus eris pauper, si pauper es Emiliane,
 * Dantur opes nulli nunc, nisi divitibus.

Ubi pauper dicit privationem divitiarum et argu-
 mentum tale est: Emiliane tu pauper es, et ideo
semper eris pauper, quia nullus tibi dabit,
nam nunc solum dantur opes nisi divitibus.

In
 Contradicentibus, primo observandum est quod una-
 que Contradictionis pars loquatur de eodem subiec-
 to de eodem tempore, et de eodem loco, propterea
 ista non sunt Contradictiones: Petrus dormit in Ec-
clesia, Petrus non dormit in aula. Petrus nocte
dormit, Petrus non in die dormit. Quia in du-
 obus proximis non servatur idem locus, et in duo-
 bus ultimis variatur tempus.

CAPITULUM DE RE- PUGNANTIBUS.

Repugnantia sunt illa quae taliter inter se
 repugnant, ut nullo modo simul verificari possint
 in eo

in eodem subiecto & G: Multum ludere, et multum studere sunt Repugnantia: servire Deo et diabolo, pacare gula, vel ebrietati, et vacare virtuti, quia haec simul repediti non possunt in eodem subiecto.

Ab affirmatione unius repugnantij ad negationem alterius valet argumentum & G: Multum canere vacat ludo; ergo non multum vacat studio. Tale est illud argumentum, quo utitur Plautus Capitulum huius verbi: Veh qui consurgitj mane ad ebrietationem sectandam, et potandam usque ad vesperum et vino emectij Cythara, et lira, et tympanum in convivij vestij, et opus dei non respicitj.

Simili argumento usus est Eneas apud Virgilium libro 6^o Eneidj ad probandam quod Venus dea erat, quomodo se simularet esse personam humanam, quia scilicet non habebat vultus mortale, nec vocem humanam sic dicens.

* O quam rememorem Virgo? namque haud tibi vultus

* Mortalij, nec vos hominum sonat: O dea certe.

CAP. 9^o DE SUBIECTIS.

Subiecta apud Grammaticos vocantur nomina substantiva; et adjectiva, quae substantivis adiunguntur & G: Homo doctus, subiectum et homo et adjectum doctus. Adjecta autem, sicut alij vocant adjectiva sunt in triplici differentia, quaedam sunt antecedentia, quaedam concomitantia, et quaedam subsequenter. Antecedentia sunt quae antecedunt rem, sicut Aurora precedit solem. Concomitantia ipsam rem concomitantur, sicut lucis solis

concomitant

concomitatur Solem. Tandem subsequencia subre-
cuntur rem vel post ipsam recuntur, sicut Non
subsequitur Solis occasum.

Insuper adjuncta sunt in duplici differentia, quaedam enim dicuntur nativa, et propria, quia scilicet soli subjecto conveniunt, et non alij et sine ipsij subjectum esse non potest. Vg: Esse visibily, respectu hominij, et esse summe calidum respectu ignij, quia visibilitas soli homini convenit, et summy calor soli igni, et etiam nequit esse homo, si-
ne visibilitate, nec ignij, sine summo calore.

Alia adjuncta vocantur accidentia communia, quia communia sunt ipsi subjecto, et alijs et sub-
jectum sine ipsij esse potest Vg: Esse calidum, respectu aguae, et esse album respectu homi-
nij, quia esse calidum, non convenit soli aquae, sed etiam alijs rebus, et esse album, commune est homini, et alijs rebus, et agua potest esse si-
ne calore, sicut etiam homo, sine albe-
dine.

Si accidentia sunt propria et nativa, tunc ab affirmatione adjuncti ad affirmationem
subjecti, valet argumentum ut patet in hij exem-
pily: Est visibily, ergo homo. Est summe calidum,
ergo ignij, et e contra valet etiam negativum
ex utraque parte Vg: Non est visibily, ergo ne-
que homo. Non est summe calidum; ergo ne-
que ignij, et e contra.

Adjuncta accidentia sive communia nullam vim habent, vel esse
nullam ad argumentum, non enim valet: Est
homo; ergo albus, neque e contra. Deserviunt
autem

autem huiusmodi adjuncta ad ornatum, et
splendorem orationis, maxime ad describendum
vel depingendum subjectum. Sic Virgilius *Æneid.*¹
depingit Veneream tamquam virginem spartaneam
venationi vacanti.

- * Bina manus lato, crispans hastilia ferro,
 - * Cui mater sese ^{mediis} tulit obvia sylva,
 - * Virginiæ q. habitumq. gerens, et virginis arma,
 - * Spartana: vel qualis equus Thracia fatigat
 - * Hæpaliæ, volucramq. fugâ prævertitur, flebram,
 - * Namque humeris L. moreabilem suspenderat arcus.
 - * Venatio, dederatque comas diffundere ventis,
 - * Nuda genu, nudoque sinus collecta fluentes.
- Sic etiam Marcialis libro 12 Epigrammate 94
descripsit Equum in hunc modum.

- * Crinis rubeus, niger ore, brevis pedo, lumine luxu,
 - * Rem magnam præstat, hæc, bonus q.
- Similiter etiam Cap: 39 descripsit equum ad bellum
procedentem his verbis: Terram ungula fodit, cout-
tat audactè, ubi audierit buccinam dicit lach, ps-
cul odoratur bellum.

CAP 10.^{us} DE CAU- SIS

Causa dicitur id quod aliam rem producit, vel
illi dat primum esse. *2^o G: Causa est causa filij,*
quia illum producit eique dat primum esse.
Quatuor autem sunt genera causarum, scilicet
est Causa efficiens, Causa materialis, Causa for-
malis, et Causa finalis.

Causa efficiens est illa
a qua res fit vel producitur. *2^o G: Causa est
causa*

Libet secundus.

Causa efficiens omnium rerum, quia omnes res fiunt a Deo. Architectus est causa efficiens domus, quia domus fit ab Architecto. Causa materialis dicitur illud omne ex quo res fit vel componitur. V. G. lapides, et ligna sunt causa materialis domus, quia ex illis fit, seu componitur domus. Causa formalis dicitur illa, per quam res dicitur talis in se, et differt ab alij. V. G. anima rationalis, est causa formalis hominis, quia homo per animam rationalem in se est talis, et per illam differt ab alij. Causa finalis est illa, propter quam res fit vel producitur, et ad quod ordinatur. V. G. Magister, est causa finalis navis, quia est id, propter quod navis producitur, et ad quod ordinatur.

Deinde Causa efficiens dicitur in absolutam, adiuvantem, procreantem, et conservantem. Causa absoluta, dicitur illa, quae per se sola producit effectum, et non indiget adiutorio alterius. V. G. ignis est causa absoluta caloris, et sol, est causa absoluta diei, quia ignis per se solus, et absque alterius adiutorio, producit calorem, et similiter sol producit diem.

Causa adiuvans, dicitur illa, quae per se sola nequit producere effectum, adiuvat tamen ad illud producendum. V. G. Hammer, et alia instrumenta, quibus artifex producit suum opus, et etiam famuli, qui in tali opere ipsius artificem adiuvant. Causa procreans, est illa quae primo producit effectum, seu illi dat primum esse, nam procreare, idem est quam primo creare. V. G. Pater est causa procreans filium, et arbor est causa procreans fructum, quia Pater dat primum esse filio, et arbor fructui. Causa conservans, dicitur illa, quae conservat rem in suo esse, quod

quod antea iam habebat. V. G. Cibus est causa
 Conservans hominij, quia conservat eius vitam,
 quam antea homo iam habebat.

Contra vero est cau-

sa efficiens quaedam sunt necessariae, et quae-
 dam liberae. Causa necessaria dicitur illa, quae
 posita necessario et infallibiliter sequitur effectus.
 V. G. Sol est causa necessaria diei, et ignis est
 causa necessaria calorij, quia posito sole, ne-
 cessario sequitur diei, et posito igne, necessario
 sequitur calor.

Causa libera est illa, quae pos-
 ita non ponitur necessario effectus, sed poni po-
 test, vel non potest poni. V. G. Homo est causa
 libera Lambulationij, quia posito homine, non
 necessario ponitur Lambulatio, sed potest, vel non
 potest Lambulare, si velit.

Si Causa efficiens
 necessaria est, tunc a positione causae, ad posi-
 tionem effectus valet argumentum, ~~Quia~~
~~diei, non provenit a sole, et non ab alio;~~
~~et dicitur non autem valet, si causa est li-~~
 bera V. G. Bene valet: Datur ignis; ergo calor.
Datur Sol; ergo diei. Non autem valet: Datur
homo; ergo Lambulat; quia homo ut diximus est
 causa libera Lambulationij.

Quando effectus solum
 provenire potest ab una causa, tunc a positio-
 ne effectus ad positionem causae valet argumen-
 tum V. G. quia diei solum provenit a sole, et
 non ab alio, et diximus solum provenit ab homi-
ne, et non ab alio ideo valent haec argumenta
 : Datur diei; ergo datur Sol. Diximus; ergo homo.
 Si vero effectus provenire possit plaribus causis
 tunc a

Liber secundus.

tunc a positione effectus non valet argumen-
tum ad positionem unius causae determinate
V. G. quia calor potest provenire a pluribus cau-
sis, scilicet, ab igne a sole &c, ideo non valet
argumentum: Datur calor; ergo ignis.

Valet eti-
am Causa ad laudandum, vel vituperandum, quod
enim oritur ab optimi causae solet esse optimum
et e contra, quod ex pessimi procedit, solet esse
pessimum, iuxta illud cœmema Emanuëlis At:
verez

* Obviata solent, ritus servare parentum.
Ideo sanctus Luchas laudat praecursorem Bap-
tistam, quia ex nobilibus parentibus ortus fuit
et e contra Cicero Philippicas et vituperat
Marichum Antonium, quia ex patre improbo or-
tus fuerat.

Causa finalis etiam dicitur, ad
bonitatem, vel malitiam effectus probandam, illud
enim quod fit propter bonum finem bonum est,
et e contra illud, quod propter malum fit est
malum; et ideo ille qui audit sacrum obser-
vatum male agit, quia malum habet finem:
qui vero sacrum audit propter Ecclesiae praedi-
ceptum ad implendum bene operatur, quia bonum
finem habet: Unde ex Causa finali effectum lau-
dare, vel vituperare possumus.

Causa mater-
ialis etiam conducit ad laudem vel vituperationem
effectus, si enim materia ex qua res fit est pre-
ciosa, et optima; tunc etiam res ex tali materia
facta, optima et pretiosa erit: si vero materia sit
vilis et parvi momenti, talis etiam res erit, ex illa
facta. Vnde Quidius Metamorphoseos Libello 8
secundo

secundo v. l.º Solij Palatium laudat ratione materiae, sic

- * Regia Solij erat sublimibus alta columnis,
- * Clara micante aut flammasq; imitante pyropo:
- * Cuius ebur nitidum fastigia summa tenebat:
- * Argenti bifores radiabant lumine valde.
- * Materiam superabat opus. Nam Mulcibex illic
- * Aequata celat medias cingentia terras. Et

A quatuor autem causis laudari, vel vituperari potest effectus idem v. g. hominem laudare primo possumus a causa efficienti, quia immediate a deo creatus fuit. Secundo a causa materiali, quia a constat corpore melius dispositio ceteris animalibus. Tertio a causa formali, quia habet formam nobilissimam, nempe rationalem animam. Quarto tandem a causa finali, quia alia animalia, et omnes res corporeas, ad hominem factae sunt, homo autem factus est propter deum, et beatitudinem consequendam.

Attamen causa formalis, praecipuum obtinet locum, tam ad probandum quam ad laudandum, vel vituperandum effectum; posita enim causa formali necessario ponitur effectus, et ablatio auferitur. v. g. Habet hominis formam; ergo homo. Habet navis formam; ergo est navis, et e contra: caret hominis forma; ergo non est homo.

CAP. II.º DE EFFECTIBUS

¶

Effectus sive effectus dicuntur eos quae a causis producantur, et ideo alio nomine vocantur Eventus, seu Eventa, quia a causis veniunt. v. g. Calor est effectus ignis, quia ab igne provenit, et causatur.

¶

Et ideo

Et ideo tot sunt effecta, quot sunt generata causarum
 scilicet effectus causa efficientis, Causa materia-
 lis, Causa formalis et causa finalis. Modus ar-
 guendi per effecta frequentior, et efficacior est quan-
 do eo remotione effectus, remouetur etiam causa
 : Non datur calor; ergo non datur aliquid quod cau-
sa sit calidus. Non est dignus poena; ergo non
committit culpam, quia poena datur a
culpa

Ad laudem etiam et vituperium
 causa ~~causa~~ plurimum descriunt et
 facta, si enim haec bona sunt, laudamus cau-
 sam, et si mala sunt eam vituperamus, quos
 propter homines illi, qui artes, stiles inuen-
 runt laudari solent. Ut: Tubal, quia inuenit
 pastorem aeternum, Tubal quia musicam in-
 uenit, Tubalcain quia aeternum fabrilem inuenit,
 et Fino, quia optimus, modum deum et audi
 et factus offerendi inuenit, et e contra, eos homi-
 nes vituperamus, quia artes, vel perniciosa re-
 inueniunt. Et: Noe, vel Bachus quia vinam, quo
 homines inebriantur, inuenit, et Circa quia ma-
 leficia et venena inuenit.

CAP 12^o DE COM- PARATIS

Comparata fiunt cum duabus rebus inter se com-
 parantur, et est triplex Comparationis gradus, nem-
 pe a minori ad maius, a maiori ad minus, et a
 pari ad pari. Comparatio a minori ad maius, fit
 quando probare intendimus, quod illud quod in re
 minori valet etiam in maiori quale est illud
 argumentum Christi Domini Math 23^o
 si pl-

Si fenum, quod hodie est, et cras in clibanum
mittitur, Deus sic vestit; quanto magis vs medic
ca fidei. Sic etiam illud Joannis 3^o: Si terra
dixi vobis, et non creditis; quomodo, si dico vo-
by Coelasma creditis?

Secundus Comparationis modus, fit e contra,
 nempe a maiori ad minus, cum scilicet proba-
 mus, quod illud quod in re maiori valet, multo ma-
 gis in re minori valere debet, Tale est illud Chri-
 sti Domini Joannis 18^o: Si ego Dominus, et Ma-
ter vestre laui pedes vestros, et vs Libetis alter al-
terius lauare pedes. Sic etiam Tertentij: Si pa-
rentem non fert suum, neminem feret.

Compa-
 ratio a pari ad par, fit quando nitimur pro-
 bare, quod illud quod in una re valet, valet e-
 tiam in alia pari. Sic dicit Paulus ad Bro-
 manos 6^o loquens cum Gentibus ad Christi-
 dem conversis sic dicit: Sicut exhibuistis mem-
bra vestra servare immunditia, et iniquitati ad
iniquitatem: ita nunc exhibete membra ves-
tra servare iustitia in sanctificatione. Sic eti-
 am Martialis libro 2^o Epigrammate 18^o. In
 Maximum probat, se ei esse parem a paribus
 gectis hoc modo.

- * Capto tuam, pudet heu, sed Capto Maxime coeno;
- * Tu captas aliam, iam sumus ergo pares.
- * Maxime salutatam venio: tu dicentis ipse
- * Ante salutatam, iam sumus ergo pares.
- * Sum comes ipse tuus, tumidijs anteaambul regis:

Tu co-

- * Tu comes alterius, iam sumus ergo pariter.
- * Esse, sat est sorvum: iam nolo dicitur esse.
- * Quis Reo est; Regem ~~stipendium~~ non habet.

Fit etiam huiusmodi Comparatio, quando numerus, cum alio numero equiparatur sic illud Ovidij libro 9.º Tristium Elegia 2.º

- * Littora, quot conchas, quot amara regaria ~~stipendia~~
- * Quotve saporiferum grana papaver habet.
- * Sylvas ferax quot alit, quot piscibus unda natatur;
- * Quot tenerum perennis aëta pulsat arvis:
- * Tot premor aduersij: quæ ita comprehendere cones,
- * Ictus numerum dicere cones aquæ.
- * Et quæ via casus, et amara pericula ponti,
- * Est taceam strictas in mea fata manus.

Ad Comparationem pertinet etiam parabolas, quæ aliquod fingit exemplum, quod proponitur ad probandum, vel docendum aliquam veritatem. Sic Divus Paulus ad Romanos nomen vitæ parabolæ figuli ad probandum quod Deus, nemini iniuriam facit, quamvis ei deseret gloriari. Sic dicens: Si enim figulus eo eadem materia habet potestatem faciendi quoddam vasa in honorem, et quoddam in contumeliam; sic Deus respectu hominum.

Frequentissimus est parabolarum usus in sacra scriptura: sic parabolas filij prodigi ponitur ad probandum divinam clementiam. Parabola de Leem dicitur: nibus probat quod semper debemus vigilare, et similiter est de pluribus alijs, quæ passim proponebat Christus, nam ut dicitur Matthæi 13.º: Abde omnia loquutus est Jesus in parabolis, ad turbas, et sine parabolis, non loquebatur.

quebatur ei.

Hæc etiam pertinet fabula,
in qua introducantur res inanimatae, vel ratio:
ne coequentes, loquentes inter se, cuius finis est doc
cere aliquid, ad mores pertinere. Sic Iudicum
2^o introducantur arbores, inter se colloquentes, ut
sibi Regem eligerent. Sic etiam Apostolus 1^o
ad Corinthios 12^o Introducit humana corporis
membra, inter se colloquentia, ad probandam
mutuam Charitatem, quam inter se habere debent
omnes Christi fideles. Tales etiam sunt omnes
Ætopi fabula.

Postremo ad Compositionem
reducitur argumentum ab impossibili quod
probat, quod aliquid prius eveniet, quam ali
quid non ager. Tale est illud Christi dominici
Matthæi 24^o: Donec transeat Coelum et terra, non
erunt, aut unus apoc. non præteribit a lege, donec
omnia fiant. Et illud Virgilij Ecloga 1^o

- * Ante leves ergo pascentur in æthere curi,
- * Et petra destituent nidos in litore picej.
- * Ante, peccatorij ambozum finibus, eo ut
- * Aut præxim Carthuj bibet, aut Germania Sigmim.
- * Quam nocte illius labatur pectore altus.

CAPIT^{et ultimus} 13^o DE ARGU MENTIS EXTRINSECIS.

Argumenta, dicimus esse duplici in genere, que
dam scilicet insita, seu propinqua, et alia af
sumpta, seu extranea, illa desumuntur ex loq
thopicijs, quæ hactenus explicavimus; hæc vero
extrinsecas assumuntur nempe ab auctoritate
et testimo-

Libet secundus 2

et testimonio aliorum, et huiusmodi argumen-
 tas, maxime in sua sunt sacri Oratoribus, et
 autem sciatis, unde assumere Debeat hinc argu-
 menta. Ad verendum est primo quod testimoni-
 um est duplex, nempe Divinum et humanum.
 Divinum testimonium, est infallibile, quia niti-
 tur eo auctoritate dei, qui nec falli, nec fallere
 potest, et idcirco inter argumenta assumpta, illa
 quae ex sacra scriptura Exrompta sunt, maio-
 rem vim habent, quam quae libet alia.

Deinde
 argumenta assumpta ex sacri Concilij, vel ex
 Pontificij decretis, vel ex communi Ecclesiae tradi-
 tione, maiorem firmitatem habent, quam quae-
 libet alia humanae testimonio. Post haec sequi-
 tur auctoritas Sanctorum Patrum, et Ecclesiae Do-
 ctorum, quae praepone debet auctoritati Philo-
 sophorum, vel Oratorum, et Poetarum Gentilium. Sci-
 endum vero est, quod istorum testimonio, plurimum
 valent, praecipue circa illam artem et scientiam
 in qua floruerunt. V. G. In rebus Philosophicis, et
 conducunt valde, Aristoteles, Plato, et alij ex ceteris
 bonis Philosophis, et sic de ceteris.

Deserviunt
 etiam ad argumenta assumpta, historicae Eccle-
 siasticae, et etiam illae, quae de vitiis et sancto-
 rum gestis tractant, illae etiam historicae, quae
 vulgo dicuntur profanae, quia scilicet tractant
 de gentibus, de eorum diis, sacrificijs, et vitiis,
 et etiam illae, quae, bella referunt, et facta Re-
 gum, vel Imperatorum, vel Ducum, etiam con-
 ducere possunt ad huiusmodi argumenta. V. G. A-
 pud Gentiles erat quoddam deus, quae Pandora
 vocabatur, id est omnium gratiarum domina,
 quia

quia scilicet omnes alij Dei, et Deo ei communicaverunt suam gratiam. Hæc quidem historia facta est, id nihil hominum Dixerit potest in contione & Beatissima Virgine, hæc enim vera Paridra fuit, omni gratia plena, habuit enim in se gratias Sanctorum, Sanctarum, Angelorumque omnium, et sic omnium gratiarum Dominica fuit.

Sunt etiam alia loca, in quibus facti Oratores, argumenta assumpta Dixerunt se solent. Primum est Dei promissio, cum scilicet Orator probat quod aliquid certo eveniet, quia Deus ita promittit, et sic exhortare possumus peccatorem ad spem veram a Deo consequendam, utendo illis verbis quæ dicit Deus Isaia id: Si fuerint peccatores vestros tubas, sicut corinam, quasi nio Dabbatur. Sed etiam illis alij verbis, quæ dicit Hieremias id: Si quacunque hora invernuerit peccator, iniquitatum eius, non recordabor amplius.

Secundum

Dei locus, est Dei comminatio, qua peccatoribus minatur Deus poenas, quas Dixerit possunt peccatores, ut a peccare cessent. Talia sunt illa verba, quæ loquens Deus cum peccatoribus dicit Isaia id: Si indueritis me, et ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos. et Matthæi 23. Omnes enim qui occiderint gladio gladio peribunt.

Plurima etiam possunt adduci argumenta ex Oraculis Prophetarum, et Sybillarum, quæ licet Gentiles fuerint, tamen divino lumine illustrata multa futura de Christo et Ecclesia prædixerunt; et ideo Sancti Patres pro Christiana Religione, contra Gentiles pugnantibus, Sybillarum testimonio utebantur. Ex omnibus hijs locis, et alijs supra assignatis, Dixerunt se

Dixerunt.

Libri secundus de Inventione.

Libri argumentas, et illa Eligere, quae magis
ad orationis intentum conducant: Inventione
nim, praecipue consistit in electione
eorum, quae ad orationem condu-
cunt, quae postquam intra
sunt, necesse est ut re-
te disponantur,
pro quo Liber est
Secundus Rhe:

totidem part,

scilicet dig:

partio,

et quae

in libris

sequitur

hacten-

ting

liber sextus

LIBER TERTIUS =

VS DE DIS =

POSITIONE ♦

Dispositio secunda Rhetorica pars, est rerum inventarum distributio unde eius principium mensuratur est distribuere, et collocare eas, quae inventae sunt iuxta debitum ordinem: quae propter si in oratione efficiat Dispositio, quamvis ea quae dicunt bona sint, oratio venustatem, et pulchritudinem non habebit; sicut enim flores quamvis in se pulcherrimi sint, tamen pulchritudinem tantum non efficiunt, nisi bene inter se disponantur. Et ideo Orator multum insudare debet in oratione disponendis, et distribuendis in suas partes.

Partes autem orationis Rhetoricae quatuor sunt, scilicet: Exordium, Narratio, Confirmatio, et Epilogus. Prima pars nempe Exordium dicitur ad conciliandum auditorum animos, seu ad captandam eorum attentionem. Narratio et Confirmatio dicitur ad probationem causae, et tandem Epilogus dicitur ad movendum auditores, ad hoc ut credant ea quae probata sunt, quae propter & his partibus singillatim tractandum est et ita
 it ..

CAPITULUM DE EX-

ORDIO ♦

Exordium

Exordium prima Rhetorice orationis pars, auditorum animis disponit, eoque reddit attentos ad ea quae post modum dicenda sunt, quod quidem Aristoteles consequetur si reddat auditores benevolos, dociles, et attentos. Primo eorum reddet auditores benevolos, si exorditur eos laudando, vel proponendo eis, quod propter eorum utilitatem, et benevolentiam orare intendit. Exempla eo Cicerone peti possunt, qui regulariter suas orationes incipit, Catoem Conscriptum laudando, vel suam benevolentiam, et gratitudinem, erga eos, et Rem publicam proponendo. Sic etiam Apostolus ad Romanos et Corinthios scribens, incipit epistolam commendando eorum fidem, et ad Philippenses, et Thesalonisenses, exorditur epistolam a benevolentia, et a more quo illis prosequatur.

Secundo redduntur auditores dociles; si eos doceamus. De re, quam in oratione sequenti sumus dicturi, cum breviter explicando. Si Orator concionaturus est De Apostolo Petro in exordio sic reddet auditores dociles: Modicum die dicturus sum De Apostolo, qui inter alios meruit Principatum, cui Christus tradidit Regni claves Coelorum, et constituit sui vicarium.

His enim verbis docentur auditores, et facile intelligunt, quod Orator vult predicare De Apostolo Petro, et non De quolibet alio sancto. Etiam preterit Orator docere auditores in Exordio De partibus in quas dividere vult suam orationem. Si concionaturus De Petro dicat Orator: Concionem meam in tres dividam partes. In prima dicam, et probabo quod divus Petrus fuit maior omnibus hominibus. In secunda quod fuit maior omnibus Angelis, et in

tertio

verba quod fuit per aliquo modo Christo.

Attentus
erit auditor in Exordio si tem magnam, novam
insolitam, vel pene incredibilem, dummodo tamen
ea res vera sit, sic Sapiencia Divina Cap: 16. et
redderet auditores dociles, sic dicit: Audite me sapi-
entes, quia de rebus magnis locuturus sum. Sic etiam
am Demosthenes dum oraret Athenis, et auditor
res minus attento videret in his verbis prorumpit:
Audite, audite quæstionem novam, quam nunquam
audistis et nuper accidit. Et postea pronuntiat ri-
diculam quæstionem inter Dominum et reum, qui
de umbra mali altercabantur, et hoc modo auditores atten-
to reddit.

CAP. 2^{us} DE SAC- CRIS CONTIONIBVS.

Quum inter Catholicos, munus orandi, et di-
cendi, præcipue exerceatur in sacris contionibus,
Congruum est, aliquas speciales regulas ponere, ad
recte conficienda verba in qualibet contione,
iuxta quæstionem vel materiam, de qua tract-
andum est, pro quo observandum est quod quæsti-
o, seu materia de qua Orator tractare potest,
est quintuplex, scilicet Honesta, Turpis, Humilis,
Obscura, et Dubia.

Honesta causa, seu
quæstio est illa, quæ auditoribus iucunda est, et
orator, et eorum inclinationi conformis. Quæ
quæstio de virtute junctis et oratione, est honesta res-
pectu hominum, qui virtuti student, et quæstio
de medicina, honesta est, respectu professorum
dicta

Libet testium 2

Dicta scientia: Quando ergo causa est huius
modi non est necessarium in oratorio captare
benevolentiam, quia ipsa res, & qua tractatur,
cum iucunda sit et ipsi auditoribus placeat, ipsa
sola sufficit ad reddendum ipsos auditores benevolos, sed
ergo procuranda est attentio, et docilitas, nisi ma-
teria obscura sit.

Causa turpis fit e contra quan-
do scilicet auditoribus displicet, et eorum inclinationi
contrariatur. Ut si de ieiunio, et abstinence tra-
ctare velis apud eos, qui gula, et conestrationibus in-
dulget, vel si intendas avare ad eleemosynam ex-
hortari, et liberalitatem erga pauperes. Quando
autem causa huiusmodi est, debet orator in orato-
rio istis viribus intendere, ut auditores reddat benevolos,
proponendo scilicet eis maximam utilitatem, quae ex
ieiunio vel eleemoyna consequitur, vel etiam premi-
um, quod Deus pro huiusmodi virtutibus promittit
et similiter in alijs causis similibus faciendum est,
cum enim materia auditoribus displicet, non au-
diatur ab istis bono et grato animo, nisi eis aliqua
utilitas vel convenientia propria, proponatur.

Causa hu-
militatis dicitur illa, in qua de re vili, et parvo
momenti tractamus. Qualis est tractatus ille quem
fecit Ovidius de Pulvere sic dicens.

- * Carve Pulvis, et amara lues, inimica puellae
- * Carmine quo fungat in tua facta feror.
- * Tu laceras corpus tenetum, durissime, mater.
- * Cuius cum fuerit plena cruore cutis,
- * Emittere maculas nigro de corpore fuscas,
- * Leria membra quibus commaculata rigent
- * Cumque tuum lateri rotundum de fessis acutum,
- * Cogitur e somno surgere virgo gravi.

perque

- * Pergue sinu exas: tibi peruisa cetera membra
 * Si quocunque placet: nil tibi, sive, late.
 * Ah piget, et dicam, cum strata puellarecumbit,
 * Tu femur avellij, curasq; aperta subij.
 * Ausus es interdum per membra, libidinis ire,
 * Et turbare locis gaudia nata suis.
 * Ah peream nisi iam cupiam fieri meus hostij.
 * Promptior ut fieret ad mea vota via.
 * Si sineret natura mihi, quo vesteret inte,
 * Et quod sum natu posse redire daret.
 * Vel si carminibus possem mutarier illij,
 * Carminibus fierem, ad mea vota pules.
 * Aut medicaminibus si plus medicamina possunt.
 * Vellem natura cura norate med.
 * Carmina Medea, vel quid medicamina Circe
 * Contulerint, res est nonficata rarij.
 * Hic ego mutatus, si sic mutabilij essem,
 * Heterem unice maxime virgine.
 * In d means per crura mea sub veste pulchra:
 * Ad loca, qua vellem, me cito surriperem.
 * Cumque illa dudum, cadens nil ipse cubarem:
 * Donec d pulice rursus homo fierem.
 * Sed si forte narij virgo perterrita monnej
 * Exciat famulo ad mea vincla suo,
 * Aut tentata meij precibus succumberet illa:
 * Aut mox eo homine verteret in pulicem.
 * Rursus mutatus, fundensq; precamina mitte.
 * Afferrem cunctis in mea vota deo:
 * Dum bona, vel precibus, vel si, spozata tenerem
 * Et iam nil mallet, quam sibi mesorium.
 * Vel etiam in isto alio tractatu d nuca qui ip=
 * sius Ovidij est.
 * Nunc ego iuncta via, cum sim sine crimine vita,
 * A Populo sapij praetereunte petoz.

Libet septima

- * Obvenerit ista scilicet manifestis poena nocentes.
- * Publica cum lentam non capit iza moram.
- * Nil ego peccavi, nisi si peccare videtur
- * Annua cultori poma referre suo.
- * At prius arboribus, tunc cum meliora fuerunt
- * Tempora certamen, felicitatis erat,
- * Tunc domini memores, satij ornare se debeant
- * Fertile fructus proveniente deo.
- * Sape magis iust, Libet, miratur ipsas,
- * Misata est olea saepe Minerva suas.
- * Comaglasissent matrem, nisi subdita rano
- * Longa laboranti, sulcas tulisset opem. Et

In huiusmodi causis maxima procedenda est auditorum attentio, quod fiet si rem parvi momenti, ita eo honoremus, ut magna appareat, vel etiam aliqua illius utilitatem proponamus auditoribus. Unde Hieronimus de Ridy in tractatu quem fecit de ludo Schachia tale Exordium proposuit.

- * Ludimus effugium belli, simulataque veris,
- * Et talia buro acies, fittas, et ludicta regna,
- * Et gemini inter se Reges, albugis, nigresq,
- * Pro laude oppositi, certent bicoloribus armis.

Causa obscura dicitur quando agimus & aliqua res que ab auditoribus ignoratur, vel facile, et clare cognosci non potest ab aliis, et huiusmodi causis Libet Orator reddere auditoribus dactiles, scilicet declarando, et explicando ea, quae sunt obscurae, ita ut ab auditoribus clare perspicui possint; vitabit etiam tropos et figuras, praecipue si auditores sunt rudes, quia nimis eius eorum obscura reddet orationes.

Causa dubia

est illa, quae partim est honesta, et partim turpis, quando scilicet continet duas partes, quarum una placet auditoribus et altera displicet, et in huiusmodi causis Libet componi oratio, proponendo solum eam partem, quae auditoribus

toribus

toribus placet. **¶** Si apud avaros habendus est sermo
 de elemosyna, et eius premio, tunc Orator incipiet non ad
 facultate elemosynæ, quæ auditoribus displicet, sed ab eius pre-
 mio, quod ipsi placet.

et

CAP 3^{us} DE NARRATIONE

Narratio, quæ post horridum sequitur, quatuor debet
 habere conditiones, ut optima sit. Primo quidem debet esse brevis,
 Secundo clara, Tercio Probabilis. Quarto tandem iucunda seu
 jucunda. Brevis erit Narratio, si solum in ea referantur
 illa quæ ad propositum pertinent omnia alia, quæ ad rem non faciunt desinendo. **¶** Orator
 solens ponderare Quinti Doctoris excellentiam, quod in eius oratione tres hunc apparatus
 et in eius obitu novum syden, breviter debet notare huiusmodi
 hystoriam, proponendo solum circumstantias illas, quæ ad suum
 intentum probandum conducunt.

Clara erit Narratio, si in ea non coarctentur, sed vel minus frequententur Tropi, et Figurae, sed fiat
 simplicibus verbis et veritate, explicando tempus, personas locum et alias
 circumstantias, conducentes ad hystoriam illam de qua Narratio tractat. **¶** Si
 Orator velit narrare predicationem Christi a Juda factam, et Narratio
 Clara sit, explicare debet, qui fuerit Judas, nempe Apollonius, ab ipso
 Christo electus, et dilectus, proponet etiam tempus in quo saltem
 fecit traditionem, scilicet immediate post cenam, in qua
 Christus eius pedes laverat, eique suum corpus, et sanguinem
 tradiderat, simul etiam refert modum, quo Christum tradidit, videlicet

et profecto, quod amittitid signum est.

Probabilis erit Narratio, si res quae narrantur vera sint, vel vera similes, et si conveniant cum tempore, loco, et alijs circumstantijs. Propterea probabilis non est Narratio Virgilij de amonibus Seneae, Didonisque, quia non consentit cum tempore, quia ut refert Ovidius Augustinus Seneae Didonae non vixerunt eodem tempore. Ad probabilitatem etiam Narrationis conducit auctoritas eorum, qui hystoriam referunt; si enim auctor fabulosus sit, et saepe contingit in Coetij, tunc hystoria non deditur probabilis; si vero auctor veridicus sit, tunc probabilis fit, quavis alij videatur incredibilis, et contingit in hystoriae Sansonis, quae fabulosa videtur, nisi eam Spiritus Sanctus narraret.

Jucunda est Narratio, si in ea admirationes de rebus novis, et insolitjs adhibeantur, vel si inopinati eventus referantur, vel si Descriptiones fiant, quibus auditorum animi suspendantur, et quibus res clares auditoribus proponantur, ac si eos respicerent oculis. Etiam ad narrationis suavitatem conducunt, Stylus elegans, sed clarus, et super omnia gestus et motus corporis, cum jis quae narrantur proportionabitur.

CAP. 4^{us} DE PROPOSITIONE.

In altioribus in oratione non est necessaria narratio, et tunc loco Narrationis post Exordium, Propositio vel Introductio ponitur, in quibus ipsa met quatuor

De Dispositione

92

quatuor regulae, quas pro Maximatione supra assignavimus servari debent. Est autem Propositio quaedam brevis oratio, in qua auditoribus id quod Orator probare vel confirmare intendit, proponitur. Et si intendit probare, et confirmare Angelicam Magistram inter ceteros Ecclesiae Doctores praecellere, posito Exordio adijungetur Propositio haec modo: Quamvis Angelicus Magister inter Ecclesiae Doctores sit quintus; tamen in presenti oratione Immostrare conabor quod doctrina et Sanctitate primum obtinet locum inter omnes.

Introductio est brevis tractatus de aliqua re, quae licet directe non conducat ad id quod Orator probare vel confirmare intendit, sed tamen cum ea maximam cognitionem habet. Et si Orator intendat probare quod vera huius vitae Beatitudo, in mundi contemptu consistit; poterit etiam introductionem proponere adducendo quaestionem, in qua inquirat quid sit Beatitudo, et quae ad veram Beatitudinem inquirant, quia huiusmodi quaestio maxime conducit ad probandum Beatitudinem veram consistere in mundi contemptu, quod est principale intentum.

Introductio Lumen potest a Thesi, seu indefinita quaestione, qua probata descendit Orator ad finitam quaestionem. Et si Orator intendit probare Christianos, inimicos suos debere diligere, ponet introductionem probando hanc quaestionem indefinitam: Christiani debent facere quicquid Christus docuit, quae probata postea probat ad probandum, quod Christus docuit: inimicos esse diligendos. Ex quo tandem concludet suam intentam, scilicet: Quod Christiani debent inimicos diligere.

H 53

Cap:

CAP. 5^{us} DE CONFIRMATIONE

Post Narrationem, vel Introductionem, sequitur Confirmatio, quae duas habet partes nempe probationem et reprobationem. Probatio fit adducendo argumenta, quibus probatur id quod Orator intendit. Reprobatio, seu Confirmatio fit respondendo ad argumenta, quae obijci possunt in contrarium, et in hisce obijciendis praecipuas orationis vias; si enim Orator non bene probat nec reprobat contraria argumenta, male auditoribus persuadet, ut sibi aperiens artus, in quo finis Rhetorica consistit.

Ad hoc autem ut Orator suum intentum probet, et reprobet contrarium, debet prius considerare constitutionem, seu statum causae, seu illud quod praecipue quaeritur, nam circa quamlibet rem tria quaeruntur. Primo an talis res sit. Secundo quid sit. Tertio tandem qualis sit. Unde nascitur triplex status quaestionis, si enim res talis est conditionis, quod non constat eam esse, tunc de illa quaeritur an sit &c. Orator Catholicus disputans cum haereticis negantibus, Purgatorium non esse, statum statum sub quaestione debent ponere in probando an sit Purgatorium.

